

Wittebergae stipatus antiquo, accedo, Novitatum ofor, antiquae veritatis alumnus, per varia rerum discrimina, at sine discrimine tamen, iactatus, iussa Domini exaudiens, meliora, si commoda respicio, relinquens, sola, quae Dei est in fervos suos, bonitate confisus. Modestiae fines migrabo nunquam, nihil sic timens, tubamque Dei, non cornu, raucum fortasse sonans, inflaturus, deoque, suo hic sapientissimo consilio omnia moderanti, vitam, quicquid ago, patiarque, religiose commendans. Patrios mihi videor revisere lares, fumumque Ithacium velut, cum Vlyseo contemplari gaudio, spe utique fretus, prudentiam esse Deum suggesturum, gravissimo, cui praeficior, officio gerendo, cum viribus, parem.

Servet Deus Regem Clementissimum, una cum Principe Regio, coniuge ac domo ferentissima, Purpuratos quoque, mire hic contentientes, quorum fidei salus nostra commissa est, fervet, Ecclesiae, quod fecerunt haecenus, & Academiae nostrae propitios! Patres, Collegas imprimis propitios perpetuo fervet! Adaugeat studium & charitatem studiosae iuventutis, eandemque Academiae reddat, cui, quicquid possumus ac  
va-